

LIS POETICA

ACTORE PALLADE,

JUNONE REA,

JUDICE JOVE:

HONORIBUS

REVERENDISSIMI, PERILLUSTRIS, AC
AMPLISSIMI

DOMINI DOMINI

GREGORII,

Antiquissimi ac Exempti Monasterii
Tegernseensis

ABBATIS

VIGILANTISSIMI,

Primatis utriusque Bavariae,

Almae Congregationis Benedictino-Bavaricae

EX-PRÆSIDIS GENERALIS

MERITISSIMI &c. &c.

In Annua Electionis Die

Humillime dicata

MUSIS TEGERNSEENSIBUS,

XXIX. JANUARIi M.DCC.LVIII.





Personæ :

Jupiter : Apollo : Juno : Pallas.



Pallas.

Vaeto Thracia ! - -
Salvete colles Tegurini !
Et tu salve Walbere, (a)
Paer alpium Bavariae !
Qui Parnassi ad invidiam
Diplici surgis in calum cacumine :
Quam meos tu rapis oculos ?
Ene, optime ! - -
Jam mihi Tegurium
Doctis una cum Sororibus
Perpetuum erit domicilium.

A 2


ARIA.

(a) *Walber* seu *Walberg* mons bijugus e fronte Lacus
Tegernseensis.

ARIA.

Tegurii bifidus mons
Vicinis in undis ut ludit,
Ac sui imaginem cudit:
En! ut in pelago
Mentito speculo
Nova effigie erigat se.

Hic fluat Aonius fons,
Quem circum tripudiant colles,
Dum spirant favonii molles;
Deliciis plena
Montosa hæc scena,
O quam invitat & recreat me!



Juno.

Rem profecto insolitam!
Parnassum tu meo sine nutu
E Thracia transferre in Bavariam?
Factum risu, quam ira dignius!
Sed perge sis bonis avibus:
In Walbero & tibi & tuis haud diuerit spatium;
Vere enim renato boves & ariets,
Ac cætera pecora campi
Suum porro repetent domicilium.

Pallas.

Id vero, velim, ne timeas;
Recedet Pan suis una cum ancillis,
Montem occupasse sorores dum viderit Aonias.^(b)

Juno.

Hanc ergo nutrici Thraciæ reddetis gratiam,
Ut tot ab ea mactatæ honoribus
Vestram leues deseratis patriam?

ARIA.

(b) *Musas*. Sic dictas a regione Aonia, in qua situs erat Parnassus.

Et

Et ego Dearum potentissima ;
Dilecto mihi populo
Sperata non feram auxilia ?

ARIETTA.

Post mundo tot datos favores ,
Post Pindo (c) tot natos Olores , (d)
Si ego Thraciam
Negligi perferam ,
Aut Domina cæli ac terræ non sim ,
Aut verba Junonis non habeant vim ?



- Pallas.* Perorasti potenter :
Utinam & veraciter !
- Juno.* Tace levicula ! -
Numen Junonis tu nunquam impune læseris.
- Pallas.* Parcius ista ad Pindi Præsidem !
- Juno.* Nunquid una sum de noyem ,
Ut putes me tui similem ?
- Pallas.* Nunc vero ægre mihi a risu tempero ;
Nec enim aut dignitatis aut sanguinis
Tibi primatum defero.

ARIA.

(c) *Pindus* mons Theſſaliæ Muſis Sacer : a Poetis fere confunditur cum Parnaſſo.

(d) *Olores* , id eſt , Poetas : unde v. g. Virgilius Olor Mantuanus , Horatius Olor Venuſinus vocantur ; quod illum Mantua , hunc Venuſia genuerit.

ARIA a 2.

Pallas.
Juno.

Si nescis ! e cerebro Jovis sum nata :
Tonantis sum Soror & Conjux amata :
Sum Dea Dearum :

Pallas.
Juno.

Non item Musarum :

Pallas.
Amba.

Me Sponsam
Me Gnatam

Tenerius amat Cælicolum Rex.

Pallas.
Juno.

Parnassi Reginam me Jupiter fecit :
Sed orbem terrarum Junoni subjecit :

Ut Deam benignam
Quin cultu indignam

Pallas.
Juno.
Pallas.
Amba.

Me colit
Te spernit

Devotus in Deos terrigenum Grex.

* * *

Juno.

Quæ me altera Dearum beatior ?
Ipsus Jupiter uno me præcedit folio ;
Totusque , qua late patet , terrarum ambitus
Meo se inclinât imperio.

Pallas.

Tibi una subest ars erudite fingendi ,
(Dixissem verius) eleganter mentiendi.

Tranquillo hæc quis ferat animo ? -
At quid ? - - emotæ rationis est famina ;
Dum ipsa ad mentem ,
Ego ad Judicem.

Juno.

Ad Numen nunquid Delphicum ? (e)
Hunc rideo :

(e) *Apollinem.* Delphos enim Urbs celeberrimum sustinuit
Apollinis fanum , in quo sua per tripodem edidit oracula.

Pallas.

Quin tribunal ad Supremum

Te provocho :

Illic edisseram : quæ tu in me opprobria : -

Juno.

Quas tu injurias : - -

Pallas.

Quæ tu convitia : - -

Amba.

Et hæc impune habeas ? - -

Jupiter.

- - - - - Silentium !

Aut ego vos ! - -

Nunquid nescitis Jovem hic residere altissimum ?

ARIA.

Dum fulmen ac tonitru mitto in solum,
Mox ignes splendent utrumque per polum:
Tremunt omnes mortalium gens.

Tonantis in aula vos decet tacere :

Ni meo velitis favore carere.

Jovis isthæc vœrenda est mens:



Jupiter.

Ergone nulla dies appetat ,

Quæ vos litigantes non videat ?

Adeo vel cælum turbatis fæminæ ! -

Et cui loco demum eritis utiles ,

Si ne ipso quidem in cælo

Habitare sustinetis unanimes ?

Vos tacere competit ;

Aut si tantus est amor litium ,

Saltem litigate pacifice.

Juno.

Res mira ! res insolita !

Litigare pacifice

(Edic , es Jupiter) num possint fæminæ ?

Pal.

Pallas. Ego vero tuos ad pedes me projicio,
Et quæ meis non potui verbis,
Tuo ipsius defendar iudicio.

ARIOSE.

Pallas. Testor te supremum Deum,
Si quid justum respicis?
Juno. Rogo te Tonantem meum,
Si Sororem diligis?

Pallas. Vide Gnatam supplicem,
Juno. Tuam vide Conjugem,

Mihi crede,
Pallas. Mihi fave,

Si quid possum filia?
Erunt sane graviora.

Juno. Absit, erunt fortiora
Ambæ. Causæ meæ merita.



Jupiter. Errastis Ambæ,
Dum solæ hodie miscetis lites,
Ubi omnes in Choros ac latitias
Abeunt cælites! - -
Et tu Conjux improvida!
Ita Hospes es Bojorum in finibus,
Ut magni nescias GREGORII merita?

ARIA.

ARIA.

Tot annis in Cathedra sedit,
Tot docta specimina dedit,
Ut dubitet mundus,
An homo, aut forte non Delius (f) sit.
Da mille, quos Pindus coronat,
Ac fertis Castaliis donat :
At nulli secundus
Oraculum cunctis GREGORIUS fit.

* * *

Jupiter. Jam Phæbe Dux ac Præses Castalidum ! (g)
Parnassum transferre ne dubita ;
Cum doctus Musarum Chorus Tegurii,
Promotore GREGORIO,
Jam dudum nactus sit forum domicilii :
Apollo. Tuo, Tarpeje Pater ! (h) vel nutui,
Quin magis obsequor imperio.
Juno. Et ego facile consentio,
At ubi Pindus? ubi Cyrrha? (i) ubi Pegafus?
Ædes Musarum sine his erigere
Labor erit frustraneus.
Apollo. Hac vero cura te volo liberam ;

B

Mon-

(f) *Apollo* : hoc ei nomen fecit insula Delos Cycladum maxima, in qua editus est in lucem.

(g) *Musarum* ; fons enim Pegafeus alio nomine castalius audit.

(h) hoc Jovi nomen adhæret a monte Tapejo, seu capitolino, in quo ejus honoribus Romæ olim celeberrimum surgebat templum vulgo Capitolium.

(i) *Cyrrha* oppidum est in Parnasso, seu, ut alii volunt, alterum Parnassi cacumen id nominis gessit.

Montem mox vidisti Parnasso supparem ,
Quia bicipitem :
Jam attentis oculis meum sequere digitum :
Et REVERENDISSIMI in insignibus
Aptissimum tibi monstrabo Pegasum.

ARIA.

Apollo.

Quid Pindus? quid Thraciæ montes?
Quid Cyrrha? quid Pegasi fontes?

Nunc lauris odorem,

* * * Poetis liquorem,

Ac bifidum montem Tegurium dat.

Hic noster Parnassus, hæc sedes,

Hic Phæbi sint arcus & ædes,

Walberi cacumen

Libethys (k) dat flumen,

In Pegasi loco Monoceros (l) stat.

* * *

Jupiter.

Floreat jam novus Tegurii Parnassus!

Perennet novus in eo Pegasus!

Vos vero Sorores Pieriæ (m)

Patri vestro ac Præsuli GREGORIO

Festiva hodie vota concinite!

CHO-

(k) *Libethys* seu *Libethra* fons in vertice Parnassi excitante
ungula Pegasi natus.

(l) Insigne Reverendissimi.

(m) *Musa*: nominis Origo a Piero venit viro Macedonum
ditissimo, cujus novem filia Musas ad Cantus certamen provocan-
tes ab iisdem in totidem picas mutatae leguntur. *Ovid. Metamorph.*


CHORUS.

Vive Pater optime !
Præsul meritissime !
Sine nube sit serena ,
Sit jucunda , sit amæna
Lux hæc felicissima
Pylia per sæcula :
Perge Musas Tu beare ,
Pergent illæ Te amare ,
Vive Pater optime !
Præsul Meritissime !



CHORUS

Vive Vater optime!
Patrii meritis!
Sine modo sit
Sic hoc, in
Lux hinc sollicitudo
Pylis per laetitia
Patrii meritis!
Patrii meritis!
Patrii meritis!



quid agit & Capoly 2
revinseit²